Differentia secunda in naturis septem planetaꝝ. Ista est scđa đĩa huius libri in qua auctor determinat de naturis septẽ planetaꝝ. Et põt diuidi in q̃tuor partes: qm̃ pmo determinat de naturis ꝛ ꝓprietatibus septem planetaꝝ. Scđo determinat de ordine seu pncipatu planetaꝝ in cõceptionibus. Tertio de natura capitis ꝛ caude draconis. Quarto determinat de ordine planetaꝝ in dñio dieruȝ ꝛ horaꝝ. Scđa pars incipit ibi de ordine ꝓo planetaꝝ. Tertia ibi: caput draconis. Quarta ibi: si aũt fuerit aliqua dies. Prima pars diuidit̃ in septẽ partes: qm̃ primo ponit nãm saturni. Scđo iouis. Tertio martis. Quarto solis. Quinto veneris. Sexto mercurij. Septimo lune: vbi ptes icipiant pȝ in lr̃a. Primo ponit nãm ꝛ figtionem saturni ꝛ qđ significat ex rebus ꝛ moribus hoium ꝛ ex sectis ꝛ cetera. que oĩa plane apparẽt in lr̃a vsq ad illam ptem de annis fridarie. ¶ Circa quã partem est itelligẽdum ꝙ qñ dicit anni fridarie saturni sunt 11. itelligẽdum est de annis gubernationis in vita nati. Ad cuius euidẽtiam est sciẽduȝ ꝙ in natiuitate diurna icipit fridaria a sole ꝛ gubernat ipm 10 annis. postea gubernat ipm venus ſm quãtitatẽ annoꝝ suoꝝ. Deinde mercurius: ꝛ sic ſm ordinẽ planetaꝝ eũdo vsq ad finẽ vite. Si aũt natiuitas fuerit nocturna icipit gubernatio a luna ꝛ gubernat ipm ſm quãtitatẽ annoꝝ suoꝝ. Post lunam gubernat ipm saturnus ſm quãtitatẽ annoꝝ suoꝝ: ꝛ sic ſm ordinẽ planetaꝝ. De hac mã est capitulũ ꝓpriuni in quarta đĩa ꝛ ibi diffusius loquemur de hac dñio ꝯcedẽte. Qñ autẽ dicit in lr̃a: maximi vero: itelligẽdum est de annis quos dant planete in duratione rerum. s. in sectis ꝛ in alijs magnis rebꝰ. Qñ aũt dicit maiores ꝛ medij ꝛ minores itelligẽdum est de annis quos dãt planete in natiuitatibꝰ hoium ad viuẽdum: ꝛ sicut dico de saturno ita de alijs planetis itelligas. Dicit Ptolemeus in 82 ꝓpõne pme partis maius ac fortius opus saturni est ifrigidare ꝛ desiccare modicũ ꝓpter fortitudinem frigoris: ꝛ videt̃ hoc esse pro eo qđ est elõgatus multũ a calore solis ꝛ humidis fumositatibus terre. Hic Albumasar redarguit Ptolemeũ ꝛ ponã deo dãte rõnes suas in fine huius partis de naturis planetaꝝ. Dicit Haly in cõmẽto ꝓpõnis preallegate qđ Ptolemeus vult dicere ꝙ saturnus facit hoc opus eo ꝙ opus suũ est multũ elõgatuȝ ab ope solis qđ est opus caloris: ꝛ a luna cuius opus est attrahere humores: qꝛ qñ inspexit cõparationẽ opationis saturni cũ sole ꝛ luna iueniet ꝙ ambobus erat ꝯrius: ꝛ ꝓpter hoc dixit ꝙ ꝯuenit vt frigidus sit ꝛ siccus. Et ptolemeus met glosauit hãc cõparationẽ in eo qđ sequit̃. Dicit ptolemeus scire qđẽ virtutẽ huius planete ꝛ alioꝝ erit ꝓpter rectificationẽ figuraꝝ in respectu solis ꝛ lune qm̃ eaꝝ aliq̃s videmus mutãtes aerẽ vna manerie mutationis ꝛ eaꝝ aliq̃s alia manerie in diuersis ordinationibꝰ mutationis augẽdi ꝛ minuẽdi. Dicit Haly in cõmẽto. Si memoriã habes de eo ꝙ tibi diximus qũo ꝓbare possumꝰ stellaꝝ ṽtutes: glosa nõ indiges in hoc. Et si huiꝰ oblitꝰ es ausculta dico tibi ꝙ sol ꝛ luna eo qđ eoꝝ opa magis apparent quã opa aliaꝝ stellaꝝ: ꝛ sunt nobis magis manifesta: ꝛ opa reliquaꝝ stellaꝝ abscõdita vident̃: ꝯuenit vt inspicias ad stellas hñtes cõmunitatẽ cũ duobus luminaribꝰ p figuras. i. p aspectus si augent in suis opibus vel ab eis minuũt: ꝛ sic ibis ispiciẽdo ad oẽs: donec certitudineȝ scias oium nõ semel sed pluries. Et si ineneris qđ semp sequant̃ vnã manerië opandi scies pro certo cuiusmodi ṽtutẽ hñt. Dicit Haly Abẽragel de nã saturni. Saturnꝰ est planeta senex magnus fessus vilipẽsus anxietatũ tristitiaꝝ lõgaꝝ infirmitatũ: nã eius est frigida ꝛ sicca ꝛ assimilat̃ melãcholie que gubernat̃ de oibus humoribꝰ: ꝛ nullus de ea. Qñ fuerit almutẽ alicuiꝰ natiuitatis: ꝛ ipse in cãcro natꝰ erit turpissimi vultꝰ ꝛ

mirabilis creatura i forma ⁊ visiõe sua: ita φ expauescẽt mirabũt quot qͣ videbũt eũ ⁊ audiẽt loq de ipso. Dicit Alfragan⁹ φ corp⁹ saturni est 9 1 vicib⁹ tãtũ quãtũ terra.

Iuppiter fortuna masculus. Hic põit nãz Jouis ⁊ planũ ẽ φ dicit in lrã. Et diẽ ptho. Jouis ãt ṽtutis op⁹ est ꝯplonis tẽperate ⁊ locus sui mot⁹ est medianus iter fridiitatẽ saturni ⁊ calorẽ martis ⁊ pp h ꝯuenit vt calefaciat ⁊ hũectat. Dicit Haly i cõmẽto. multi crediderũt cũ audierũt h ṽbũ Ptolemei φ opa stellaꝝ ₛm ei⁹ opinionẽ seqrent̃ loca sphæraꝝ ₛm φ vna existit supra aliã sicut credidit hiça auẽgton ⁊ alkindus ⁊ aliȷ̃ q cũ talibus rõnib⁹ nos ipediuerũt. Ego ṽo dico φ si opa stellaꝝ sunt ₛm nãm qũo põt sciri p ꝑpõnes q̃druuiales qm̃ radices haꝝ ambaꝝ sciaꝝ diuerse sunt vna. s. ab alia. Amplius si oĩa corpa celestia nõ sũt alicuius ꝯplonis: cale: humide: fride: neq̃ sicce sic ꝓbauit Aristoteles qõ põt Jouis cõplexio tẽpari eo φ sphæra sua existat iter illã martis ⁊ saturni. Nã si bñ ad dcm̃ ispexeris Ptolemei iuenies nõ eẽ put ipsi crediderũt. Et posteꝗ̃ docuit nos viã q̃ scirent̃ ṽtutes stellaꝝ ponit h vice alia in h loco dicẽs φ qñ ꝓbauerim⁹ modũ opis φ opat̃ in aere nos circũdãte iuenim⁹ φ est median⁹ iter magnã frigiditatẽ quã facit saturnus ⁊ magnũ calorẽ quẽ facit mars: ⁊ h affirmat id qḋ dixit φ calefacit: ⁊ humectat. dicit Haly Abẽragel iuppit̃ est pl̃a eq̃litatis: cõitatis: bonitatis: melioramẽti: itellect⁹: sensus: ⁊ pietatis: q₂ tpat⁹ ẽ eq̃lis ⁊ fortuna p aspectũ ⁊ corpalẽ ꝯiũctionẽ sigt̃ bonitatẽ meliorationẽ legẽ simplicitatẽ ⁊ castitatẽ dirigit ⁊ nõ dãnat: pupulat ⁊ nõ dstruit: abhorret saturnũ ⁊ ei⁹ nãs. Qñ de⁹ icepit creare mũdũ erat in domo ascẽdẽte: lucet in ariete tauro ⁊ gemis ⁊ minuit̃ lux sua i cãcro leone ⁊ ṽgine: obscurat̃ i libra scorpione ⁊ sagittario: ⁊ minuit̃ ei⁹ obscuratio i caꝑcorno aq̃rio ⁊ piscib⁹. Dicit Alfragan⁹ φ corp⁹ Jouis est 9 5 tãtũ q̃tũ terra.

Mars masculinus. Hic ponit nãm martis ⁊ pȝ in lrã. Dicit Ptolemeus mars ꝓpe desiccat ⁊ p vim nature sue cõburit eo φ igneũ hȝ colorẽ: ⁊ q₂ circa solẽ est ⁊ qm̃ sphæra in q̃ sol ꝯsistit posita est sub eo. Dicit Haly i cõmẽto Ptolemeus vult dicẽ φ opus ṽtutis martis est φ qñ expimur inuenimus siccitatis magne. Ad id qḋ dixit φ ṽtus martis cõburit eo φ igneũ hȝ colorẽ. dico φ stelle sunt sbe simplicis ⁊ nõ cõbuste ex naturis diuersoꝝ elemẽtoꝝ: apparitio sui coloris est recta eo φ ibi nõ est aliqd qḋ mutet colorem ꝯuenientẽ eidẽ sbe. Ptolemeus aũt docet nos p hac dcm̃: regulã qua scimus virtutẽ stellaꝝ quã p nos itelligẽ nõ possumus ⁊ possimus eã intelligẽ p colorẽ. In h eniȝ dicto adest dubiũ φ nos soluere opȝ. Nã multi credũt φ color non ondat ṽtutẽ rei ⁊ hoc est veritas in terrenis pp cõmixtionẽ elemẽtoꝝ que in eis est: tñ in celestib⁹ non est ita: q₂ eoꝝ sba nõ est vllo mõ cõposita ex aliquo elemẽto. Et pp hoc redȳt Ptolemeus ad ꝓbãdum hãc ṽtutem alio mõ dicẽs: ⁊ q₂ existit circa solẽ: ⁊ q₂ sphæra in q̃ est sol posita est sub eo vult dicere φ accidit: vt sit veritas res ista: q₂ ṽtus martis cõburit eo φ existit circa solẽ: ⁊ q₂ sol est sub eo ⁊ cõmiscet̃ virt⁹ sua cũ illa solis sit calidus multũ ⁊ siccus: ita φ sine tẽperamẽto cõburit. dicit Haly Abenragel mars est planeta calidus ⁊ siccus igneus: destructor: iratus: victoriosus diligẽs occidere ⁊ iterfectiones: rixas: litigia: cito irascit̃ ira forti: totũ cor suũ exponit in rebus suis agẽdis: ꝑlia facit ⁊ destruit populationes. Exaltatio sua est in domo saturni. s. in capricorno q sigt̃ clamores ipedimẽta ⁊ gẽtẽ stultã ⁊ guerrationes. Cõuenit saturn⁹ marti in isortunio ⁊ resistit ei in friditate ⁊ tenebrositate: ⁊ iclinat̃ soli amore sui ⁊ defendit̃ auxilio eius qm̃ sol exaltat̃ in domo sua ⁊ gubernat eũ de calore ⁊ siccitate q̃ȝ recipit ab eodẽ ꝓpe tas ⁊ nã sua ꝯuenit ⁊ appropinquat ꝓprietati ⁊ nature solis: nescius est ⁊ obliuiosus

modici itellectus ꝛ diminut⁹ sensu nec ꝯsiderat rex fines: p eū ꝛ p ascēsum ꝛ p descensum eius in circulo suo crescit. ꝛ decrescit estatis calor ꝛ hyemis frigiditas oi anno. Dicit Alfraganus ꝙ mars ꝯtinet q̄ntitatē terre semel ꝛ dimidiū ꝛ octauā ꝑtem eius.

Sol p aspectū fortuna. Hic ponit nām solis ꝛ lra glosa nō indiget. Dicit Ptolome⁹ cognita res est ꝙ opus sbe solis est calefacē ꝛ dare aliquātulum siccitatis ꝛ hec opa magis ꝑprie sentiunt ꝛ leuius scita sunt oib⁹ alijs pp magnitudinē solis ꝛ ꝑpter manifestā mutationē quā per tpa anni facit ꝛ quāto magis accedit ad nr̄a capita tanto magis calefacit. Dicit Haly Aberagel scito ꝙ sol est lumē ꝛ cādela celi gubernator mūdi factor tēpoꝝ: p eū fiunt planete oriētales ꝛ occidētales: ꝛ p euȝ fiunt apparētes ꝛ occulti: ꝛ p eū mouet ois res se mouēs: p eū nascit ois res nascēs: crescit oē folium maturat ois fructus. Ipse est spūs celi magnus cū eo viuificant signa: ꝛ qdꝫ signum qn̄ est in eo hꝫ maioritatē sup alia signa: qm ipm viuificat ꝛ illuminat ꝛ dat ei fortitudinē ꝛ calorē ꝛ applicat calorē ꝛ fortitudinē ꝛ vtutē illi⁹ signi terre: qꝛ nā ꝛ facta sua apparēt in oib⁹ reb⁹ ꝛ in cūctis aiatis ꝛ inaiatis exn̄tib⁹ in terra. Et qn̄ exit de signo in q̄ est remanet illd signū in silitudine corpis defūcti. Est pla magni dn̄ij potētie nobilitatis altitudis ꝛ magnitudis. est fortūa p aspectū ꝛ isfortuna p ꝯiūctionē corpalē. Uides eni qn̄ aliqs pla ꝯiūgit sibi: cōburit ꝛ vincit eū ꝛ extiguit lumē ꝛ lucē suā. Loc⁹ suus i celo est q̄rt⁹. s. medius 7 plaꝝ: sicut rex sapiēs q p sensuȝ manutenet regnū suū ꝛ p ꝯsiderationē ponit sedē suā in medio regni sui vt p oīa latera attigat. Dedit marti miliciā suā ꝛ ꝙ eēt dux militie sue: qꝛ celū solis est sub celo martis ꝛ ꝯuenit nā ꝛ calor suus cū nā ꝛ calore illi⁹. Dedit Joui sua iudicia pp tēperiē honestatē saluationē ꝛ sue ꝯplonis salutē: ꝛ qꝛ nō ē i eo q̄litas mala nec peccādi nā. Dedit regnū saturno: qꝛ oēs ple sua lumia mittūt ad eū ꝛ suas ꝯsideratiōes. Dedit veneri collectionē redituū ꝛ vēdēdi sddit⁹ ꝛ emēdi: qꝛ celū ei⁹ applicat suo ꝛ st vicini: dedit mercurio scribāiā: qꝛ stat⁹ ei⁹ ē sicut stat⁹ scriptoꝛ regꝫ q vadit qn̄ ille vadit ꝛ sedet qn̄ ille sedet. Dedit lūe algaꝫilatiōū: qꝛ est silis algaꝫilo regis q fac sua mādata ꝛ defert ea q̄cūqꝫ ꝑcipit. Dic Alfragan⁹ auctē Ptolemei ꝙ corp⁹ sol ꝯtinet corp⁹ tre cēties sexagesies semel ꝛ aliq̄ntulū plus.

Ven⁹ fortuna femina nocturna. Hic pōit nām veneris ꝛ pꝫ i lra ꝙ dic. Dic Ptolome⁹ ven⁹ ipsamet opa Jouis facit pp tēperamētuȝ sue ꝯplonis excepto ꝙ est Joui i re vna ꝯ̄ria: qꝛ calefacit paꝝ eo ꝙ existit circa solē ꝛ hūectat sm lunā pp magnā lucē q̄ hꝫ h pla eo ꝙ attrabit ad se fumositatē q̄ eleuat ab humorib⁹ terre. Dic Haly i cōmēto vult dicē ꝙ ei⁹ calor est mltū minor illo Jouis: ꝛ pp hūiditatē q̄ facit dicim⁹ ꝙ est quodāmō frida ꝛ plus hūida. Qd aūt dicit eo ꝙ existit circa solē dixit eo ꝙ vtus sua voluit cū illa solis. Et id qd dixit hūectat sicut luna: vult dicere ꝙ ven⁹ facit hūiditatē circa eā q̄ fac luna. Et id qd dixit pp magnā lucē vult dicē ꝙ modic⁹ calor facit hūores curr ē. Dicit Haly Aberagel ven⁹ ē fortuna frida ꝛ hūida nocturna hylaris gaudiosa apparētie bone lipida formosa: diligit ioculatiōes cātationes comestiōes ꝛ potatiōes ꝛ vitia: est māsueta ꝛ pauci mot⁹: est mlieꝝ sigtrix ꝛ iacēdi cū eis amoꝛis amicitie ꝛ societatis: recipit martē p nāȝ fornicatiōis ꝛ limpidamēti abhorret ipꝫ pp ꝯ̄rietatē nāe sue q̄ est calitas ꝛ siccitas. Sepat se ab eo ꝛ malū ꝛ isfortunā suā repellit a seipā pp māsuetudinē bona vba solatiū bonū ꝛ māsuetā loquelā. Cōcordat cū saturno in friditate ꝛ ꝯueniētia quā hꝫ cū eo in libra: qꝛ est domus vnius ꝛ exaltatio alteri⁹. Et discordat cū eo in moribus tristitiis ꝛ doloꝛib⁹ suis ꝛ eo ꝙ saturnus est plus modici cū mulierib⁹. Status veneris cū statu solis est silis statui mulie-

ra lune sit humida pp primitatē circuli eius a terra & pp receptionez vapor: q: ad ea eleuant ex ea. Et putauit q nā saturni sit frigida & sicca ppt lōgitudinē circuli eius a calore solis & lōgitudinem eius ab humiditate vapor terre. Et putauit q martis nā esset calida & sicca eo q color eius silis est igni: & q: est pe solē: & q: est sub eo erigitur q calor eius ad eū & calefacit eū. Et putauit q Juppiter sit eqlis cōplexionis: eo q sit ei circulus iter circulos saturni & martis. Et pp hāc cām est nā eius cala humida eqlis & tēperata. Et putauit q veneris nā sit cala humida equalis. calor aūt eius ex ppinqtate circuli eius ad solē. Humiditas vo ex vapore humido q ptingit eaz ex terra. Putauitq q nā mercurij sit in qbusdā horis sicca: & in qbusdā humida. Siccitas eius pp appropinqtatē eius ad solē: & q nō elongat ab eo elōgatione maxima. Humiditas vo eius pp primitatē circuli eius circulo lune. Hoc est q putauit Ptolemeus in naturis planetar: & hec est rō qua vsus est sup hoc. Sz nos dicemus nūc q sit in eius dictis pūgendus. i. reprehensione dignus. nā q putauit ex sole & calefactione rez ab eo in suauitate & mora hoc inuenit ex suo ope. qd aūt dixit q nā lune sit humida pp primitatē circuli eius a terra & receptione vapor q exigunt ex terra ad eā hoc repellit a sapiētibus eo q spatium qd est iter faciē terre & ppinqorem locum in quo est luna sit 128044. milliarior fere ea mēsura qua sit vnū milliariū. 3000. cubitor. Et hoc pz in libro in quo narrant lōgitudines corpor supior ab inuicē. Et nō plus eleuant vapores a supficie terre sm q narrauit Ptolemeus q 16 stadia sm q stadium quadringētor cubitor est: nā 16 stadia faciūt duo milliaria & decimā ac tredecimā vnius milliarij fere. lōgitudo vo lune qn magr ppe ē supficiei terre est vt diximus 128044 milliarior fere. vñ ergo vel qūo applicat vapor terre ad lunam quousq corrūpat vel mutet nām eius. Per modū psimilē reprobat ipm in naturis alior planetar: sed ptrāseo cā breuitatis Haly in cōmēto ppōnis pallegate de natura lune rñdet ad rōnes Albumasaris. Dicit eni Haly expones vba Ptolemei pmo. Postq docuit nos Ptolemeus q vtutes stellar corpor suor sequunt magnitudinē & corpus lune paruū est sicut in Almagesti narrauit & eius opus sequit opus solis in pte vna. Dicit hic q est hoc pro eo q multū est ppe terrā & puenit ad nos eius vtus anteq mutet & ppt hoc appet eius opus magis q opus aliar stellar. Et videmus visibilr q attrahit humores terre & corpor eā sequētium & pro eo q hz lucē a sole opat in terrenis calorē modicū accidētalem cū quo facit putrescere & mutari humores existētes in corpibus: sicut ōnsum est in physica & in nā. Et manifestū est q lux facit calorē: & pōt hoc pbari p specula que cōburunt & silia. & q: luna lucē hz a sole puenit vt hēat modicū calorē quē facit sicut p accñs. Et hoc est id qd vult dicere Ptolemeus. Et q: hoc mō intellexit Albumasar credidit q erraret in dicto suo dicēs qūo pōt fumositas humida ad lunā ascēdere cū fumositas ascēdere nequeat vltra 16 stadia & luna satis longius est. Ego vo risi de dictis talibus qlia sunt hec: & dixi qualr nō intellexit hoc: q: Ptolemeus noluit dicere q fumositas humida ascēdat vsq ad lunā: sed dixit q ascēsus fumositatis humide quī est vsus lunā docet nos q attrahit humores terre & alior corpor eaz sequētium sicut adamas trahit ferrū. Alfraganus dicit auctē Ptolemei q magnitudo corpis lune est vna pars de 39 ptibus terre: & dicit q maius corpus oiuz corpor vniuersi est sol & post solē sunt 15 maxime stelle: dicit enim q vnaqueq eaz tenet corpus terre centies septies. Tertius in magnitudine est Juppiter: & qrtus saturnus. Post saturnū sunt stelle fixe secūdi ordinis quar quelz ptinet terrā nonagesies. Post ipsas sunt stelle tertij ordinis quar vnaqueq ptinet terraz septuagesies & bis. Post ipsas sunt stelle qrti ordinis quar quelibet ptinet terrā 54. Post ipsas sunt stelle qnti or/

dinis quaꝝ quelꝫ ꝯtinet terrã 3 7. Post ipsas sunt stelle sexti ordinis ⁊ minor illaꝝ. Ui/mo minor oiuꝫ q̃ videnť: quaꝝ ꝓbatio est possibiľ ꝯtinet trã 1 8. Maius corpus post ipsas est mars: post martē terra: post terrã venus: post venerē luna: ⁊ vltimo mercu/rius. Pꝫ igiť ſm Alfraganū ꝙ maius oium corpoꝝ est sol ⁊ minᵒ mercurius exceptis gñabilibus ⁊ corruptibilibᵒ. De lõgitudine istoꝝ corpoꝝ a terra dicit Alfraganus ꝙ ꝓpior lõgitudo lune a terra est 3 3 tãtū quãtū dimidiū diametri terre et 2 ops eiusꝫ. eritqꝫ hoc 1 0 4 1 2 milliaria. Et est lõgitudo lõgior lune q̃ est ꝓpior lõgitudo mercu rij sexagesies q̃ter tãtuꝫ q̃tum dimidiū diametri terre: ⁊ 6 ps eius qđ est 2 0 8 5 4 2 milliarioꝝ. Et lõgitudo lõgior mercurij q̃ est ꝓpior veneris est cētū sexagesies septies tãtum q̃tum dimidiū diametri terre qđ est 5 4 2 7 5 0 milliarioꝝ. Et lõgitudo vene/ris lõgior q̃ est ꝓpior lõgitudo solis est millesies ⁊ cēties ⁊ vigesies tãtū quãtū dimi/diū diametri terre qđ est 3 6 4 0 0 0 0 milliarioꝝ. Et lõgitudo solis lõgior q̃ est ꝓpior lõgitudo martis est 1 2 2 0 tãtū quãtū semidiameter terre qđ est 3 9 6 5 0 0 0 millia rioꝝ. Et lõgitudo martis lõgior que est lõgitudo iouis ꝓpior est 8 8 7 6 tãtū quãtum semidiameter terre qđ est 2 8 8 4 7 0 0 0 milliarioꝝ. Et lõgitudo iouis lõgior que est ꝓpior lõgitudo saturni est 1 4 4 0 5 tãtū quãtū semidiameť terre qđ ē 4 6 8 1 6 2 5 0 milliarioꝝ. Et lõgitudo saturni lõgior q̃ est eq̃lis lõgitudini stellaꝝ fixaꝝ ⁊ est q̃titas dimidij diametri circuli signoꝝ est 2 0 1 1 0 tãtum quãtuꝫ semidiameter terre qđ est 6 5 3 5 7 5 0 0 milliario. Et cū duplicatū fuerit hoc ꝓueniet quãtitas totius diame/tri circuli signoꝝ. i. octaue sphere que est 1 3 0 7 1 5 0 0 0 milliarioꝝ. Et cū multipli/catū fuerit hoc p 3 ⁊ septimã vnius ꝓueniet quãtitas circūferētie circuli signoꝝ vel cuiusqꝫ alterius circuli maioris descripti in octaua sphera que est 4 1 0 8 1 8 5 7 0 mil liarioꝝ: eritqꝫ mēsura vniuscuiusqꝫ gradus circuli maioris 1 1 4 1 1 6 0 milliaria.

De ordine vo planetaꝝ. Hic ponit ordinē planetaꝝ in ꝯceptionibus pueroꝝ. s. ordi/nem in gubernãdo fetuꝫ quãdiu est in vtero matris. Dicit ꝙ saturnus gu/bernat ipsum ab hora ꝯceptionis vsqꝫ ad finē vnius mēsis. In secūdo mēse gubernat ipsum Jupiter. In tertio mars. In q̃rto sol. In q̃nto venus. In sexto mercurius. In septimo luna: ⁊ ꝓpter hoc vt dr̃ puer in septimo mēse petit exitū: q2 opa oium pla/netaꝝ tūc sunt in eo cõpleta: ⁊ qui tūc nascunť possunt viuere pp eãdem cãm. Deide reuertiť gubernatio ad saturnū ⁊ gubernat ipm in octauo mēse: ⁊ tūc q nascunť non viuunt ꝓpter malitiã saturni. Deinde gubernat ipm Juppiter in nono mēse: ⁊ tunc cõiter nascunť ⁊ viuunt pp bonitatē iouis. Deinde ponit ordinē planetaꝝ in regimi/ne corpis humani post natiuitatē quãtum ad ꝓcessum in etatibus: ⁊ dicit ꝙ luna inci pit natū regere ab igressu eius in mūdum: ⁊ regit ipm quatuor annis qui sunt anni nutritionis. Deinde mercurius regit ipsum decē annis. Deide venus octo. Deide sol nouē. Deinde mars 1 5. post hoc Juppiter 1 2. Deide saturnᵒ vsqꝫ ad finē vite.

Caput draconis. Hic ponit naturam capitis ⁊ caude draconis ⁊ pa tet litera.

Si ãt fuerit aliq̃ dies Hic põit ordinē plaꝝ q̃tū ad dñiuꝫ dieꝝ ⁊ horaꝝ ⁊ dic̃ ꝙ s i aliq̃ dies fit aliᵒ pl̃e. ꝑma hora illiᵒ diei ſm ꝙ ꝑma hora icipit ab ortu solis est illius met ⁊ scđa hora est pl̃e q succedit i ordine celoꝝ descēdēdo ⁊ tertia tertij pl̃e in ordie: ⁊ sic p ordinē vsqꝫ ad finē 1 2 horaꝝ diei artificialis. Et ille pl̃a cuiᵒ est 1 3 hora ille est dñs illiᵒ noctis: ⁊ cuiᵒ est 2 5 hora. s. ꝑma hora diei sequētis illiᵒ est dies sequēs. ⁊ auctor ponit exēplū in l̃ra. ideo nõ est nec̃e vt ponã: ⁊ sic cõpleta est expositio scđe dãie huius libri.

Et q̄ annuēte deo. Ista est tertia dīa hꝰ libri in q̄ auctor determinat de esse plaꝝ in semetipsis ꝛ de eē eoꝝ adiuicē.s. vnius ad alteꝝ. Et diuidit in duas ptes: qm̄ in pma determinat de eē eoꝝ in semetipsis. In scda pte de eē eoꝝ adinuicē. scda est ibi. De esse. aūt ipsoꝝ adinuicē. Et illa diuidit in duas: qm̄ p̄ determinat de eē qnqꝫ planetaꝝ respectu luminariū. Scda de eē eoꝝ iter se. scda ibi: eē aūt. Pmo determinat de eē eoꝝ in se ipsis. Et est sn̄ia lr̄e talis. Plē aliqñ dicunt ascēdētes: ꝛ aliqñ descēdētes: ꝛ aliqñ dicūtur aucti lumie ꝛ magnitudie: ꝛ aliqñ diminuti lumie ꝛ magnitudie. Et qñqꝫ dicunt aucti numero: ꝛ qñqꝫ diminuti nūero. Et qñqꝫ dicunt aucti motu: ꝛ qñqꝫ diminuti i motu. Et oēs plē pter solē dn̄r qūqꝫ septētrionales: ꝛ qñqꝫ meridionales. Et dn̄r ascēdētes ꝛ descēdētes i septētrione ꝛ meridie. Ista sūt q̄ accidūt plis i semetipis. Et ista exponit auctor p ordinē i lr̄a dicēs ꝙ pl̄a qñ ascēdit i circulo suo eccētrico ita ꝙ sit i suꝑiori pte eccētrici sui nō distās ab auge p 90 gra. añ vel retro: ꝛ tūc lumē eiꝰ appet minus ꝛ ēt appet minor i q̄ntitate ꝛ eiꝰ cursus est tūc tardus q̄tū ad motū cētri epicicli ꝛ dr̄ tūc fortior. Qñ āt est i aliq̄ lōgitudinū mediaꝝ eccētrici sui. s. distās ab auge p 90 gra. pcise tūc est eq̄lis i lumie ꝛ magnitudie ꝛ cursu. i. nō dr̄ magnꝰ neqꝫ puus i lumie vel magnitudie ꝛ motꝰ cētri epicicli est eq̄lis cū medio motu ipsiꝰ. Cū vo fuerit extra h̄ loca. s. distās ab auge plus 90 gra. añ vel retro tūc descēdit ꝛ appet maior lumine ꝛ magnitudie ꝛ mouet cētrū epicicli tūc velociꝰ q̄ mediꝰ motꝰ ipsiꝰ. Et cū fuerit argumētū plē eq̄tū minꝰ 180 gra. s. qñ addit eq̄tio argumēti sup mediū motū tūc dr̄ auctus nūero. Et si argumētū eq̄tū fuerit plus 180 gra. s. qñ eq̄tio argumēti subtrahit a medio motu tūc dr̄ numero diminutꝰ. Sꝫ i luna qñ addit eq̄tio dr̄ aucta nūero: qñ subtrahit dr̄ diminuta numero. Et qñ aliqs triū plaꝝ altioꝝ mouet velocius medio motu suo vocat auctꝰ motu: ꝛ qñ. vadit minꝰ medio motu suo vocat motu diminutꝰ. Eodē mō itelligit de sole ꝛ luna. Et qñ mouet tātū q̄tū medius motꝰ suus tūc dr̄ motu eq̄lis ꝛ qñ venꝰ vel mercurius mouet velocius q̄ sol dr̄ auctꝰ motu: qñ tardius dr̄ motu diminutꝰ. Et qñ aliqs plaꝝ 6 trāsiuerit: nodū itersectionis deferētis sui cū ecliptica q nodus vocat gēçabar est septētrionalis. Et est septētrionalis ascēdēs. i. augēs latitudinē quousqꝫ elōgatꝰ fuerit ab itersectione p 90 gra. Et cuꝫ elōgatꝰ fuerit plus 90 gra. ab itersectione est septētrionalis descēdēs. i. minuēs latitudinē quousqꝫ elōgatus fuerit ab itersectione p 180 gra. ꝛ tūc est itersectione opposita pme ꝛ nullā hꝫ latitudinē. i. est in ecliptica: ꝛ cū trāsiuerit illā fit eius latitudo meridiana ꝛ est meridionalis ascēdens quousqꝫ elōgatꝰ fuerit ab itersectiōe pma per 270 gradus. Et cū trāsiuerit hūc numeꝝ est meridionalis descēdens quousqꝫ reuertit ad itersectionē pmā vbi latitudo eius erit nulla. Hec est sententia litere de esse planetaꝝ in semetipsis.

De eē aūt ipsoꝝ adinuicē tractemꝰ. Prius determinauit de eē plaꝝ i semetipis. Hic detminat de eē eoꝝ adiuicē. ꝛ p̄ de esse qnqꝫ plaꝝ respectu lumiariū. Et diidit i q̄tuor ptes sm̄ q̄tuor eē q̄ hn̄t plē erga solē ꝛ lunā. Primū ē visio faciei ad faciē. Scdꝫ ē securitas. Tertiū ē cobustio. Quartū ē oriētalitas ꝛ occidētalitas. p̄ g̃ detmiat d̄ visiōe faciei ad faciē. scdo de securitate. tertio de cōbustiōe. q̄rto d̄ oriētalitate ꝛ occidētalitate. Pria ps ē i pncipio. scda icipit ibi: ꝛ ex h̄ dictoria. tertia ibi: ꝛ ois pl̄a. q̄rta ibi: ꝛ ex q̄ altiores. ¶ Sn̄ia pme ptis ē. Qñ aliqs pl̄a fuerit occidētalis a sole. s. ꝙ orit post sol ortū ꝛ fuerit iter ipꝫ ꝛ solē tot signa quot sūt iter domū illiꝰ plē ꝛ leonē q est domꝰ solis talis pl̄a dr̄ eē in visione solis facie ad faciē. Verbi grā: capricornus est domꝰ saturni ꝛ est sextū signū a domo solis. s. leone. cū igr̄

fuerit saturnus in sexto signo a sole cōputādo numerū signorū a sole versus saturnū fm ordinē signorū. Aliter.n.nō eēt occidētalis si nō cōputaret hoc mō tūc dr ipsum videre facie ad faciē. Et signū sagittarij est qntū a leone: cū igit Juppiter fuerit in qnto signo a sole icipiēdo a sole versus iouē fm ordinē signorū dr videre ipm facie ad faciē: et sic de alijs. Et qñ aliqs planeta fuerit orietalis a luna et fuerint iter ipsū et lunā fm ordinē signorū tot signa quot sunt iter domū ipsius planete et domū lune.s. cācrū: tūc dr eē in eius visione facie ad faciē. Uerbi grā: cācer est signū sextū ab alia domo saturni.s. ab aqrio: iōqꝫ cū fuerit luna a saturno in 6 signo est iter eos visio facie ad faciē. Et ētiā cācer est signū qntū a domo iouis.s. a piscibus: iōqꝫ cū fuerit luna i 5 signo a ioue fm ordinē signorū est iter eos visio facie ad faciē: et sic de alijs suo mō poteris exēplificare.

Ex hoc ductoria planete. Hic determinat de.2.esse 5 planetarū erga luminaria.s. de ductoria qd idē est qꝫ securitas. Et est snia talis qñ aliqs planeta est in suo haim et i aliq angulorū ascēdētis.s. in ascēdēte vel in 10 vel 7 vel 4 domo et aliqd luminariū sit in aliq angulorū ab ipso planeta ita qꝫ sit planeta in die orietalis a sole et in nocte occidētalis a luna: hoc est vt sit in die in 10 signo a sole: tūc eni est in angulo a sole et orietalis: vel i nocte in 4 signo a luna: tūc eni est i angulo a luna et occidētalis: tūc dr eē in sua ductoria. Angulus aūt opponis nō hꝫ hic locū. Nō est: qr plā exñs i opposito solis vel lune nec est orietalis nec occidētalis. Postea dicit qꝫ ois plā a tpe quo abscōdit sub radijs solis vsqꝫ ad tps quo icipit appere dr cōbustus. Et icipit cōburi qñ icipit itrare radios: et cū venerit ppe solē infra 12 gra. vocat oppressus: et cū fuerit cū sole in eodē gradu et fuerit iter eos minus semidiametro solis: et cū hoc latitudo planete fuerit minor semidiametro solis dr vnitus vel incorpatus soli. Et cum transiuerit hanc vnionem dr esse in conualescentia donec sit liberatus a radijs solis.

Ex quo apparent altiores tres. Hic determinat de orientalitate occidētalitate planetarū. Dicit qꝫ tres planete supiores qñ exeunt de sub radijs solis et icipiūt apparere de mane ante ortū solis quousqꝫ veniat ad oppositū solis: et hoc est qꝫ sint ppinquores circulo oriçōtis orietalis qꝫ occidētalis qñ sol est in linea medie noctis tūc vocant orietales et dextri. Uocant orietales eo qꝫ oriunt ante solē: et vocātur dextri eo qꝫ sunt in dextra pte celi a sole. Pars enim occidētalis est dextra et orientalis sinistra. Ponat enim qꝫ hō vertat faciē suā versus meridiem: pꝫ qꝫ oriens est sibi a sinistris et occidēs a dextris. Et qñ aliqs trium supiorū planetarū trāsiuerit oppositionē solis dr occidētalis sinister: dr occidētalis nō qꝫ sit in pte occidentali celi a sole: imo huius 9rium est verū. Sed dr occidētalis pro tāto: qr occidit post solē. Et dr sinister: qr est in pte orientali celi a sole que est sinistra fm qꝫ dcm est. Uenus vero et mercurius qlibet eorū infra tps quo circuit epiciclū suū 9iungit soli bis. vna vice p directionē.s. in supiori pte epicicli. Alia vice p retrogradationē s. in inferiori parte epicicli. Igit qñ aliqs eorū separat a 9iunctione solis in medio retrogradationis sue.s. in inferiori pte epicicli recedit a sole versus ptem occidētalem celi. Et qñ elōgatus fuerit a sole tātum qꝫ pōt videri videt de mane ante ortū solis: ideo tūc vocat orietalis dexter donec cōburat a sole.i. donec iungat soli in supiori pte epicicli p directionē. Et cū separatus fuerit a sole p directionē videt de vespere post occasum solis: iō tūc vocat occidentalis sinister donec iterū cōburat. Et est dria iter venerē et mercuriū et tres supiores: venus enim et mercurius qñqꝫ in recessu eorū a sole siue in exitu de sub radijs fiunt orietales: et qñqꝫ in exitu eorū de sub radijs fiunt occidētales. Planete aūt superiores

semper

semper cũ exeunt de sub radijs solis fiunt orientales. Et dicunt augmẽtari in fortitu/dine donec sint elõgati a sole p 3 o gradus: τ a 3 o vsq3 ad 6 o dicũt fortes. Et postq̃ elõgati fuerint a sole vltra 6 o gradus dicunt oriẽtales eũtes ad debilitatẽ vsq3 ad pn cipiũ retrogradationis. Et a pncipio retrogradationis vsq3 ad oppõne3 solis dicunt oriẽtales retrogradi. Et ab oppõne vsq3 ad directionẽ dicunt occidẽtales retrogradi. Et a directione vsq3 ad 3 o gra. post directionẽ dicũt occidẽtales fortes. Et a 3 o gra. post directionẽ quousq3 veniãt ad 3 o gra. ppe solẽ dicunt occidẽtales euntes ad debi litatẽ. Et postea dicunt occidẽtales debiles quousq3 cõburant. Venus vo τ Mercu rius qñ separant a sole p retrogradationẽ fiunt orientales τ vocant debiles quousq3 veniant ad directionẽ: τ a directione donec sint elongati a sole tãtum quãtum solent elongari a pncipio retrogradationis dicunt orientales fortes. Deinde fiunt debiles orientales τ quousq3 opprimant sub radijs solis: τ postea dicunt vniti cũ sole: deinde cõbusti euntes ad apparitionẽ: τ ab apparitione eoꝝ vsq3 ad elõgatione3 eoꝝ a supio ri parte epicicli per 6 o gra. sunt occidẽtales fortes: τ ab hoc loco vsq3 ad retrograda tionem sunt occidẽtales euntes ad debilitatem: τ postea vsq3 ꝯiunctionem sunt occi/dentales debiles. Si vo nõ intelligeret lr̃a hoc mõ esset falsa cum nõ sit possibile eos elongari a sole: vsq3 ad 6 o gra. in zodiaco. Postea dicit qñ aliquis planeta exit de sub radijs solis τ nulli ꝯiungitur corpore vel aspectu est in suo lumine proprio.

Esse illoꝝ erga se inuicem. Prius determinauit de his que accidũt planetis in semetipsis: τ de his que accidũt qnq3 planetis erga luminaria. Hic deter minat de his que accidunt 7 planetis ad se iuicem. Et posset diuidi in tot ptes quot sunt modi accidẽtium que accidũt planetis ad inuicẽ. Et possunt reduci ad 1 6 mo/dos sm sniam lr̃e qui sunt isti ꝯiunctio: vacuatio: cursus: feralitas: trãslatio luminis: redditus luminis: phibitio: pulsatio nature: receptio: redditus nature: refrenatio si/ue ꝯtrarietates: frustratio: abscisio luminis: veneratio: destructio: obsessio: dilectio τ odium. Ista exponit auctor in lr̃a p ordinem vsq3 ad finẽ istius diẽ. Snia pmẽ partis est talis. Cõiunctio est cũ fuerint duo planete in duob⁹ signis que se aspiciunt aliquo aspectu: τ ille qui fuerit leuior iter eos. i. velocior in motu trãsiuerit de suo signo pau/ciores gradus q̃ põderosus. i. tardior motu de suo signo: ita q̧ diã ista sit 6 grad. vel infra: τ tunc dr̃ q̧ leuior vadit ad ꝯiunctionem põderosioris: verbi grã: pono q̧ sol sit in ariete τ trãsiuerit de ipso ariete 6 gra. τ Mars sit in Leone τ trãsiuerit de ipso 1 2 gra. iste duo signa aspiciunt se aspectu trino. Et sol qui est velocior in motu q̃ Mars trãsiuit pauciores gradus de ariete q̃ mars de leone: τ sunt in diã 6 gra. In ppoito exẽplo sol vadit ad ꝯiunctionem martis de aspectu trino. Et si sol esset in 1 2 gradu arietis: τ mars in 1 2 gradu leonis: tũc esset ꝯiunctio cõpleta. Et si sol eẽt vltra duo/decimum gradũ arietis marte existente in 1 2 Leonis: tũc esset inter eos separatio. Et hec vocat ꝯiunctio lõgitudinis. Coniunctio aũt latitudinis est cũ fuerint duo pla nete in vno signo ꝯiuncti corpaliter τ fuerint equalis latitudinis ab ecliptica ita q̧ la titudo vnius sit ascẽdens in septẽtrione τ alterius descẽdens in septẽtrione vel vnius descẽdens in meridie τ alterius descendens in meridie. Uel si fuerit ꝯiunctio ex ali/quo aspectuũ τ latitudo vnius fuerit septentrionalis ascendens: alterius meridiana ascẽdens. Uerbi grã: pono q̧ luna ꝯiungatur saturno in aliquo signo: τ in aliquo gra du τ minuto illius ita q̧ saturnus sit iuxta genzabar suum vadens ad septẽtrionẽ in latitudinem: τ sit eius latitudo 3 minutoꝝ: τ luna appropinquet ad cauda3 draconis veniens a septentrione minuens latitudine3: ita q̧ eius latitudo similiter sit 3 minu/

torum hec est coniunctio verissima quantum ad longitudinem et latitudinem. Et in hoc casu luna eclipsaret saturnum nisi diuersitas aspectus lune esset tanta q̄d impediret. Et auctor dicat q latitudo vnius debeat esse ascendens et alterius descendens: tamen videtur mihi q in coniunctione corporali in omni casu quo contingere poterit q latitudines ambo℞ sint equales ad eandem partem. Uolo dicere q ambe latitudines sint septentrionales vel ambe meridionales erit ꝯiunctio latitudinū veridica: et in aspectu oppōnis si latitudines fuerint equales in diuersis partib⁹ ita q vna sit meridionalis et alia septētrionalis erit aspectus veridicus quātum ad latitudines.

Et cum separat vnus planeta ab alio.

Hic ponit vacuationem cursus. Dicit quando aliquis planeta fuerit cōiunctus alteri corpore vel aspectu: et post separationem ab illo non coniungitur alicui alteri corpore vel aspectu quādiu fuerit in illo signo tūc dicitur esse vacuus cursu. Uerbi gratia: pono q luna iungatur Joui corporaliter in sagittario: et post separationem eius a ioue non sit aliquis planeta in sagittario cui possit coniungi: nec radij alicuius quem possit aspicere in hoc casu luna est vacua cursu donec exeat de sagittario et iungatur alicui planete corpore vel aspectu.

Et si fuerit planeta in aliquo signo.

Dicit q̄n aliquis planeta fuerit in aliquo signo vbi nullus alter planeta sit nec radij alicuius ille planeta quādiu fuerit in signo illo sic se habente dicitur esse feralis: siue syluestris in similitudine hominis non habentis societatem in aliquo.

Et cum fuerit separatus

Dicit q̄n planeta velocioris mot⁹ separauerit se a planeta tardioris motus et in separādo se ab eo iungat alteri tunc trāsfert nām ꝑmi ad secūdū. Uerbi gratia: pono q luna separet a ꝯiunctione corpali iouis: et anteq̄ cōpleat separatio cōiungat saturno aliquo aspectu: vel corpaliter luna transfert tunc naturam Jouis ad saturnum. Fit etiam alio modo translatio .s. quando planeta leuis coniungit ponderosiori se: et ille ponderosus alteri adhuc ponderosiori se tunc medius transfert nām leuis ad pōderosiorem. verbi gratia: pono q luna aspiciat iouem aliquo aspectu et iuppiter aspiciat saturnum. Juppiter in hoc casu transfert nām lune ad saturnum.

Si autem non coniungitur.

Dicit q q̄n duo planete fuerint hoc mō dispositi q vnus eo℞ non iungitur alteri: sed ambo iunguntur alicui tertio: tunc si ille tertius aspiciat aliquem locum ex locis circuli proijcit lumen illo℞ duo℞ ad illum locum. Et si aliquis planeta fuerit in loco radio℞ suo℞ reddit illi lumen illorum duo℞. Uerbi gratia: pono q sol sit in capricorno et venus in piscibus: ita q non aspiciant se. Deinde pono q mars sit in cancro aspiciens solem de opposito et venerem de tertio in hoc casu mars recipit lumen solis et veneris: et reddit lumina ipsorum ad loca circuli in quibus sunt radij martis: et hoc vocatur redditus luminis. Fit etiam alio modo redditus luminis quando duo planete non aspiciunt se: sed tertius transfert lumen vnius ad alterum: ita q separetur ab vno et iungatur alteri: et tunc idem est q̄d translatio.

Sequitur prohibitio.

Dicit q̄n tres planete fuerint in vno signo sed in diuersis gradib⁹ et ille q fuerit tardior motu trāsiuerit plures gradus illius signi quā aliq̄s alio℞ duo℞ tunc medius eorum ꝓhibet ꝯiunctionem leuioris cum ponderoso. verbi gratia: pono q saturnus

sit in 12 gradu virginis: et pono quod mars sit in quinto gradu eiusdem virginis. in hoc casu mars petit coniunctionem saturni. Sed pono quod luna sit in 8 gradu eiusdem virginis in hoc casu non esset iudicandum quod mars coniungeretur saturno: quia luna est in medio et prohibet eius coniunctionem. Fit etiam prohibitio alio modo: ita quod duo planete sint in vno signo et leuior iungitur ponderosiori et alter planeta aspiciat eundem ponderosum et aspectus eius sit ita prope sicut coniunctio corporalis alterius: tunc ille qui corporaliter iungitur prohibet aspicientem ne aspiciat. Et si in hoc casu vnus illorum fuerit propinquior quam alter ille qui fuerit propinquior optinet et dicitur iungi ponderosiori. Verbi gratia: pono quod saturnus sit in 12 gradu virginis: et mars in 8 gradu eiusdem. Et pono quod iuppiter proijciat radios suos ad octauum gradum virginis in hoc casu mars prohibet aspectum iouis. Sed si iuppiter proijceret radios suos ad nonum gradum esset iudicandum quod iuppiter aspiceret saturnum: et cum hoc prohiberet coniunctionem martis. Et si iuppiter proijceret radios suos ad 7 gradum esset iudicandum quod mars iungeretur saturno et cum hoc prohiberet aspectum iouis.

Et si iungitur planeta domino illius signi.

Dicit quando aliquis planeta iungitur per aspectum domino illius signi in quo fuerit vel domino exaltationis vel triplicitatis vel termini vel faciei dicitur mittere naturam domini illius dignitatis ad ipsum cuius fuerit dignitas. Verbi gratia: pono quod sol sit in capricorno aspiciens saturnum existentem in virgine. in hoc casu sol est in domo saturni et mittit naturam ipsius saturni saturno. Et si leuis planeta fuerit in aliquo loco vbi habet dignitatem aliquam. verbi gratia: quod sit domus sua vel exaltatio etc. et aspiciat aliquem planetam ponderosiorem se qui nullam habeat dignitatem in loco eius dicitur leuis mittere suam fortitudinem ponderoso: verbi gratia: pono quod luna sit in tauro. s. in exaltatione sua et aspiciat saturnum existentem in virgine de trino. in hoc casu luna naturam suam siue virtutem mittit ipsi saturno licet saturnus nullam habeat dignitatem in loco lune. Sed si saturnus habeat dignitatem in loco lune. verbi gratia: pono quod luna sit in 24 gradu tauri in exaltatione sua et in termino et facie saturni et aspiciat saturnum mittit saturno naturam propriam et naturam saturni ratione termini et faciei sue.

Et quando fuerint in aliqua dignitatum suarum.

Dicit quod quando planeta leuior aspicit ponderosiorem se et leuior habet dignitatem in loco quo est et ille quem aspicit etiam habet ibidem aliquam dignitatem tunc leuis mittit ponderoso vtrasque naturas. s. suam propriam: et illius quem aspicit: et hec missio vocatur receptio. verbi gratia: pono quod sol sit in ariete in exaltatione sua et in domo martis et aspiciat martem aliquo aspectu. in hoc casu sol mittit naturam suam propriam et cum hoc naturam martis ratione domus sue: et mars recipit solem a domo sua. Et si contingat quod planeta inferior sit in dignitate superioris et econtra superior in dignitate inferioris illa est melior receptio que esse potest. verbi gratia: si sol in ariete in domo martis et mars in leone in domo solis et sol aspiciat martem aspectu tertio talis receptio est integra et perfecta.

Hinc sequitur redditus.

Dicit quando inferior planeta aspicit superiorem et ille quem aspicit est combustus sub radijs vel retrogradus. in hoc casu superior reddit inferiori virtutem quem sibi misit: quia propter debilitatem suam non potest retinere eam. Et si in tali casu vterque fuerit in angulo vel in succedenti tunc redditus sit cum proficuo. Et si inferior fuerit in angulo et superior non ita tamen quod superior recipiat inferiorem talis redditus est et fit cum proficuo. Et si inferior fuerit cadens ab angulo et superior in angulo fit redditus cum proficuo. Et si ambo fuerint cadentes redditus fit cum detrimento.

verbi gratia:pono ꝙ luna sit in tauro ⁊ aspiciat mercurium existentem in capricorno cōbustum:in hoc casu luna mittit mercurio naturam suam.Sed quia mercurius est cōbustus non potest retinere naturā sibi missam:ideo reddit lumen illud quod recipit ab ea ⁊ si in hoc casu ambo fuerint in angulis redditus est proficuus ⁊c.

Deinde sequitur almenē. Dicit qñ planeta inferior vult ꝯiungi superiori:sed anteꝙ̄ cōpleat̄ ꝯiunctio inferior fit retrogradus hoc vocat̄ refrenatio:verbi gratia:pono ꝙ saturnus sit in 12 gradu virginis:⁊ venus in pncipio v̄ginis vadens ad ꝯiunctionē saturni.Sed cum puenerit venus ad 8 gradū vel nonum.s.anteꝙ̄ ꝯtingat saturnum icipit retrocedere:in tali casu refrenat̄ venus ne ꝯiungatur saturno : ⁊ idem intellige de aspectu si iret ad aspectum:sed anteꝙ̄ aspectus compleretur inciperet retrocedere.

Hanc seqtur alchoꝛad.i.ꝯtrarietas. Dicit qd̄ cōtrarietas est qñ tres planete fuerint in vno signo quoꝝ vnus sit pōderosus:⁊ alij duo leues:⁊ vnusquisqꝫ duoꝝ leuium trāsiuerit pōderosū ⁊ alter petat ꝯiunctionem pōderosi:sed anteꝙ̄ ꝯiungat̄ ponderoso:ille qui trāsiuerit pōderosum fit retrogradus ⁊ ꝯiungit̄ pōderoso per retrogradationē:⁊ obuiat alteri leui:tūc retrogradus destruit ꝯiunctionē illius cui obuiat cum pōderoso.Verbi gr̄a:pono ꝙ sit saturnus in 8 gradu v̄ginis:⁊ mars sit in 12 gradu eiusdē:⁊ iuppiter sit in pncipio virginis ptens ꝯiunctionē saturni:sed anteꝙ̄ ꝯiungat̄ sibi:mars icipiat retrogradari ⁊ ꝯiungi saturno per retrogradationē ⁊ obuiet ioui in hoc casu mars destruit ꝯiunctionem iouis cum saturno.

Sequitur alpharim idest frustratio. Dicit qd̄ frustratio est qñ planeta leuis petit ꝯiunctionē pōderosi:sed anteꝙ̄ cōpleat̄ ꝯiunctio ponderosus intrat aliud signū ⁊ sint radij alicuius alterius planete in pncipio illius signi tunc qñ leuis volens ꝯiungi ponderoso itrat illud signum ꝯiungit̄ radijs illius planete ibi aspicientis:⁊ sic annullat̄ ꝯiunctio pma:verbi gr̄a : pono ꝙ saturnus sit in 29 gradu leonis.⁊ mars sit in 24 gradu eiusdē ptēs ꝯiunctionē saturni.Sed anteꝙ̄ iungat̄ mars saturno saturnus itret v̄ginē:⁊ pono ꝙ iuppiter aspiciat pmū gradū v̄ginis:in hoc casu mars exiens de leone ꝯiungit̄ radijs iouis:⁊ sic annullat̄ ꝯiunctio martis ⁊ saturni.

Hāc quoqꝫ sequit̄ abscisio luminis. Dicit ꝙ abscisio luminis est qñ aliqs planeta leuis petit ꝯiunctionem ponderosi ⁊ in secundo signo a signo pōderosi sit alter planeta:sed anteꝙ̄ leuis iungat̄ ponderoso ille qui est in secūdo signo fit retrogradus ⁊ iungit̄ ponderoso:in tali casu retrogradus abscindit lumen ponderosi a planeta qui volebat ei iungi.Et est quasi idem qd̄ ꝯrietas:sed differt in hoc:quia in ꝯtrarietate planeta retrogradus:nō solum iungitur ponderoso : sed etiam iungit̄ leui qui volebat iungi ponderoso per obuiationē ⁊ potest exēplificari sicut ibi fuit dictum.Fit etiam alio modo abscisio luminis.s.quādo planeta leuis petit ꝯiunctionē ponderosi ⁊ ille ponderosus petit coniunctionem alterius pōderosioris ⁊ iungitur ei anteꝙ̄ leuis iungatur primo ponderoso.verbi gr̄a:pono ꝙ mars petat ꝯiunctionem iouis ⁊ iuppiter petit ꝯiunctionem saturni ⁊ anteꝙ̄ mars iungat̄ ioui iuppiter iungatur saturno:in tali casu saturnus abscindit lumen iouis a marte.

Sunt quoqꝫ his planetis. Dicit ꝙ planete in qbusdā locis ꝯfortant̄:⁊ in qbusdā debilitant̄ ⁊ in qbusdā locis fiunt fortune ⁊ in qbusdā infortune.Fiunt fortune in aspectu sextili

vel

vel tertio bonorum ⁊ vt infortune sint cadentes ab eis iuxta ꝙ intelligẽdu͂ est ꝙ qñ aliquis planeta est in eodem signo cum alio vel in quarto vel in septimo vel decimo ab ipso dicitur esse in angulo ab illo. Et si fuerit in scđo signo ab ipso vel in q̄nto vel in octauo vel in 1 2 dr̄ esse.ab ipso in succedẽti. Et si fuerit ab ipso in tertio signo vel in 6 vel 9 vel 1 2 dicitur esse in cadenti ab ipso. Fiunt etiam fortune qñ separantur ab vna fortuna ⁊ iungũtur alteri aut q̄d sint iter radios duarum fortunaꝝ ⁊ hoc vocatur veneratio a quibusdam. Fiunt etiam fortune quãdo sunt vniti cum sole in eodẽ gradu: aut q̄d sint in eius aspectu tertio vel sextili vel in aspectu trino vel sextili lune: ⁊ ẽt vt sint aucti numero ⁊ lumine: ⁊ quod sint in aliqua dignitatu͂ suaꝝ vel in suo haim. Et planete fiunt fortiores quãdo ascendunt in circulo augis ⁊ quando sunt septentrionales vel ascendunt in septẽtrione. Similiter fortificantur quando sunt in statione secunda euntes ad directionem. Similiter quãdo exeunt de sub radijs solis ⁊ qñ sunt in angulis vel in succedẽtibus. Et tres superiores fortificantur quãdo sunt oriẽtales. Et si aspiciunt solem aspectu sextili augmẽtatur eoꝝ fortitudo. Similiter quando fuerint in quartis masculinis vel in signis masculinis. Fortitudo solis etiam augmentatur in quartis ⁊ in signis masculinis p̄terq̄͂ in libra. ibi enim nõ fortificatur propter casum ab exaltatione sua l͂ libra sit signum masculinu͂ ⁊ etiam in quadra masculina. Et tres inferiores planete licet existentes sub sole fortificantur quando sunt occidẽtales a sole: ⁊ in quartis ⁊ in signis femininis. Et luna fortificatur cum fuerit in nocte super terram: ⁊ in die sub terra ⁊ cum fuerit in signo ⁊ in loco feminino ⁊ cu͂ fuerit in exaltatione solis scilicet in ariete.

Ex infortunio v̊o planetarum.

Dicit ꝙ planete fiunt infortune idest isfortunantur quãdo sunt in aspectibus maloꝝ: ⁊ quãdo cõiunguntur malis per corpus vel per aspectum ita ꝙ iter eos ⁊ corpus mali vel iter eos ⁊ radios mali sit minus termino vnius planete. Et isfortunantur quãdo sunt in terminis malorum aut in domibus maloꝝ. Verbi grã: iuppiter vel venus isfortunat̄ in terminis saturni ⁊ martis: ⁊ in domibus eoꝝ. Et sit̄r isfortunãtur quãdo isfortune eleuãtur super ipsos ita ꝙ sint isfortune in 1 0 vel 1 1 signo ab ipsis. Juxta q̄d itelligẽdum est q̄d planeta existẽs in 1 0 signo ab alio dr̄ eleuari super ipsum: sicut existẽs in 1 0 domo eleuatur super ascendẽs: ⁊ si istud fiat sine receptione est peius. Verbi grã: pono ꝙ iuppiter sit in p̄ncipio sagittarij ⁊ saturnus in p̄ncipio virginis. in hoc casu saturnus eleuat̄ super iouem. Virgo enim est decimu͂ signu͂ a sagittario. Jnfortunãtur etiam qñ in ꝯiunctione solis: vel in opposito solis: vel in aspectu eius quarto. Etia͂ isfortunãtur qñ sunt in capitibus suorum gẽzabar: idest in iterfectionibus deferẽtium eoꝝ cum ecliptica siue in capite vel cauda draconis eoꝝ: vel prope hec loca per 1 2 gradus vel ifra maxime si in his locis luna fuerint impedita ab eis: vel sol. s. vt luna: vel sol iũgatur eis in his locis vel aspiciat eos aspectu inimico. Ratio autem quare isfortunãtur in his locis est: q̄ possunt ibi eclipsari. Jnfortunãtur etiam quãdo distãt a sole per quatuor gradus ante vel retro. Et quãdo fuerint iter corpora vel radios duoꝝ malorum: ita ꝙ separẽtur ab vno maloꝝ corpore vel aspectu ⁊ iungãtur alteri malo: aut fuerit malus vel radij eius in signo q̄d est ante eum ⁊ alter malus vel radij eius in signo q̄d est post eum: tũc enim dicitur obsessus. Verbi gratia: pono ꝙ iuppiter sit in virgine ⁊ in 1 1 gradu: ⁊ mars vel radij martis sint in 1 0 gradu eiusdem ⁊ saturnus vel mars sint in 1 2 gra. eiusdem in hoc casu iuppiter diceretur obsessus a duabus isfortunis eodem modo dicit̄ de signis ꝙ sunt obsessa qñ vnus malus est in eius p̄ncipio ⁊ alter i eius fine. Sed qñ

sol vel fortuna aspicit planetam vel signum obsessum aspectu sextili: vel tertio ita qꝫ sit aspectus ad 7 gradus ꝓpe vel infra: tūc per talem aspectum soluitur obsessio. Infortunantur etiam quādo sunt retrogradi vel cōbusti aut cadentes ab angulis. Et debilitantur qn̄ sunt tardi cursus ita qꝫ vadant minus medio motu eoꝝ. Et qn̄ sunt in statione ꝑma euntes ad retrogradationem: aut qꝫ sint in gradibus tenebrosis: aut planete masculini in signis vel gradibus femininis: ⁊ in die sub terra ⁊ in nocte sup terrā: aut feminini in signis masculinis ⁊ in gradibus masculinis ⁊ in die sup terram ⁊ in nocte sub terra. Hoc enim est ꝯtrium suo haim .i. similitudini eoꝝ. Et debilitantur siue ifortunantur qn̄ sunt in locis oppositis dignitatum suaꝝ: aut qꝫ sint in latitudine meridiana ab ecliptica maxime si fuerint descēdentes in eadem latitudine: aut sint in via cōbusta .s. a medietate libre vsqꝫ ad medium scorpionis: aut sint iuncti planete retrogrado: aut cadētes: aut qꝺ nō sint recepti. Et tres supiores .s. saturnus iuppiter ⁊ mars debilitantur cum fuerint occidētales a sole: aut in quartis femininis: ⁊ sol debilitatur in signis ⁊ in quartis femininis: nisi fuerit in nona domo: qꝛ in illa gaudet. Tres iferiores .s. venus mercurius ⁊ luna debilitantur in signis ⁊ in quartis masculinis. ¶ Et dꝫ de planetis qꝺ sunt qdam eoꝝ seinuicem diligētes. Dicit qꝫ quidam planete diligunt seinuicem: ⁊ quidam habent se odio: ⁊ patet in litera. ⁊ sic completa est expositio tertie differentie Alchabitij introductorij ad iudicium.

Differētia quarta in expositione nominum astrologicorum

Cōpletis tribus differētijs huius libri in qbus auctor determinauit de esse circuli signoꝝ essentiali ⁊ accidentali in ꝑma dr̄ia: ⁊ de naturis septē planetaꝝ in scd̄a dr̄ia: ⁊ de his que accidūt septem planetis in semetipsis: ⁊ ad inuicē .s. in tertia differētia. Sequitur quarta dr̄ia in qua exponit nomina quibus vtūtur magistri iudicioꝝ ⁊ docet ea applicare ad opus. ⁊ potest tota ista differētia diuidi in 16 partes ꝫm 16 capitula que ponit in ea. In primo capitulo loquitur de ꝯiunctionibus magnis cōnumerando eas. In scd̄o capitulo docet iuestigare gradum ascēdentē alicuius natiuitatis. In tertio capitulo docet eligere locū vite in natiuitatibus. In quarto capitulo docet eligere datorem annoꝝ vite in natiuitatibus. In .5. docet eligere planetā dn̄atorem natiuitatis qui preest nato post hylech ⁊ alcocodē. In .6. tractat de ꝑfectu annoꝝ natiuitatis ⁊ mūdi. In .7. c. docet dirigere significatorē quēlibet ad quēlibet locum circuli. In .8. docet dirigere gradū ascēdentem in natiuitatibus. In 9. docet inuenire duodenarias planetaꝝ ⁊ domoꝝ. In .10. docet iuenire nouenarias. In .11. docet iuenire decanū. In .12. docet inuenire dn̄m orbis siue hore. In .13. docet inuenire annos fridarie in natiuitatibus. In .14. docet cognoscere qs planetarū eleuatur sup alteꝝ. In .15. docet inuenire qn̄ sit aptio portaꝝ. In .16. loquitur de hostis fortunatis ⁊ ifortunatis: vbi partes icipiant patebit in ꝓcessu. In ꝑmo ḡ capitulo loquitur ḡnaliter de magnis ꝯiunctionibus ⁊ dicit qꝫ ꝯiunctiones magne sunt res signātes destructiones siue mutationes que fiunt in hoc seculo: ⁊ sunt .6. in numero. ¶ Prima maior oibus ꝯiunctionibus est ꝯiunctio iouis ⁊ saturni in ꝑncipio arietis ⁊ hoc fit in 960 annis semel. ¶ Scd̄a ꝯiunctio est mutatio ꝯiunctionis iouis ⁊ saturni de vna triplicitate ad aliam ⁊ hoc fit in 240 annis semel. Et quādo venit ꝯiūctio eoꝝ ad aliquā triplicitatē anteqꝫ exeat illā duodecies ꝯiungūtur. Uerbi grā: ꝯiūctio iouis ⁊ saturni nūc est in triplicitate aerea ⁊ icipit in signo geminoꝝ anno dn̄i 1325 ab illo tpe in 20 annis .s. anno dn̄i 1345 ꝯiungentur in aquario ⁊ ab illo in 20 annis

